

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

**Caesario S. D.**

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

stra ad R.P.V. deferimus. Quare ut propter nos a-  
liquid ad benevolentiam erga hunc Petrum addat  
R.P.V. etiam atq; etiā oramus. Bene ualeat R.P.V.

### Cæsario S. D.

Commendo tibi hunc iuuuenem, mi Cæsari: teq;  
rogo, ut eum pro tua humanitate summa amplecti  
uelis. Magnopere enim cupid se in amicitiam inge-  
ri, ut eruditissimis & suauissimis sermonibus tuis  
frui tantisper possit, dum isthic erit. Verè se in A-  
cademia aliqua interim esse putabit, si id ei conti-  
gerit. Dabis ueniam breuitati literarum. Nam hoc  
tempore raro studia quidem mea me delectant, qui  
bus alioqui nihil habeo iucundius, licet diuina  
auctiφiλέρ με ὥστορ εἴωθας. Vale.

### Pontano.

Etsi nihil noui est, (nam urbs Dei beneficio tran-  
quila est) tamē cūm diutius nostra opinione abes,  
dedi has ad te literas, ut interim haberes meae dili-  
gentiae specimen. Nos Dei beneficio recte ualemus:  
et Deum precamur, ut tu quoq; fœlicissime uales,  
& quam primum saluus & incolumis domum re-  
deas. Nihil enim nobis tua salute prius aut anti-  
quius est. Atq; hoc quidem tempore magis te requi-  
rimus: nec sineremus te à nobis diuelli in his pericu-  
lis, nisi te Respublica auocaret: cui quoniam seruis,  
spero